



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari provenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

IV. An obedientiæ votum ad summum Pontificem quod professi Societatis
emittunt, sit solemne, & ab aliis tribus distinctum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

Utrum votum obedientiae ad Summum Pontificem, quod professi Societatis emittunt, sit solenne votum, ab alijs tribus distinctum.

DVO puncta apparent in hoc voto difficilia. Primum est, quomodo ab alijs tribus, & specialiter à generali voto obedientiae distinguatur. Secundum est, quomodo solenne sit. Ratio dubitandi circa priorem partem est, quia vel hoc votum est distinctum, quod inducat nouam obligationem circa eandem materiam: vel quod obliget ad nouam materiam. Neutrum dici potest: ergo nullo modo distinguitur: nec enim fingi potest alius distinctionis modus. Minor quoad priorem partem probatur: quia materia semel consecrata Deo per votum obedientiae, non est capax nouae obligationis, per aliud obedientiae votum: licet enim materia, aliàs debita, ex precepto sit capax nouae obligationis voti, tamen, quae iam per votum promissa est, non est capax nouae obligationis: unde si quis iterum, atque iterum castitatem voueat, non multiplicat obligationem votorum: sed repetit idem votum. vt in tomo 2. visum est: sed per votum obedientiae religiosae obligatur quis obedire Summo Pontifici, non solum ratione iurisdictionis, quam à Christo habet, sed etiam ratione specialis promissionis Deo factae, & Prælati religionis, quorum supremus est Pontifex, vt in tomo superiori ostensum est: ergo non potest per nouum votum, noua obligatio obedientiae circa eandem materiam superaddi. Neque enim ad hoc sufficit quod per vnum votum distinctius, & expressius promittatur obedientia circa talem actionem, vel ad talem personam, quia implicitum, vel explicitum non variant, neque addunt obligationem voti, vt patet ex his, quae in præcedenti cap. num. 11. dicta sunt de illa expressione docendi Christianam doctrinam, quod non ideo addit speciale votum, vel obligationem. Item patet in religionibus, quae solum implicitè vouent castitatem, & paupertatem, quia non minori obligatione tenentur. Altera item pars minoris probatur, quia per votum obedientiae omnia sunt promissa: ergo non relinquunt noua materia, quae denud per hoc speciale votum promittatur. Dices, votum generale obedientiae per se non obligare ad has missiones. Sed contrà, quia est o fortasse hoc verum sit respectu voti obedientiae facti secundum regulas aliarum religionum, non tamen respectu facti secundum regulam Societatis: unde in ea etiam scholares approbati tenentur his missionibus obedire, si precipiantur: ergo vltra votum obedientiae generale in Societate factum, ad nullam actionem, vel rem nouam potest obligare hoc speciale votum factum summo Pontifici.

Tandem circa secundum punctum propositum obscurum est, cur hoc votum inter solennia ponatur, aut in quo eius solennitas consistat. Et est ratio dubij, quia solennitas voti addit aliquid effectum, scilicet inhabilitatem, vel incapacitatem aliquam, ex vi iuris positui, præter omnem illum effectum, vel obligationem, quam hominis promissio secum affert, vt superiori tomo dictum est; hoc autem votum non affert seculo dictum est; hoc autem votum non affert seculo talem effectum, neque aliquid in cludit præter promissionem. Nec satis dicere esse solenne, quia coniunctum, & simul cum professione fit: nam hæc est sola concomitantia, non formalitas, aliàs etiam vota reliqua, quae professi emittunt, vt à cap. 6. videbimus, erunt solennia, quia cum professione fiunt. Quod enim non statim, sed paulo

XIII.
Notatio altera circa partem secundam.

Circa alteram verò partem de commendatione ministerij: notanda etiam sunt citata decreta 1. & 2. congreg. generalis: nam in priori, hoc tam pium exercitium admodum inculcatur ipsis professis: in posteriori verò ipsi Præposito Generali valde commendatur: ne vllò vnquam tempore illius oblitio in nostris animis irrepat, cum illud in votum nostrum formulæ complacitur. Ex quibus vltimis verbis intelligitur fructus illius explicationis in formula vouendi: inde enim factum est, vt cura huius ministerij in professorum animis magis infunderetur, & in maiori etiam estimatione habeatur. Et ad hanc etiam finem B. Ignatius similem curam imposuit Rectoribus Collegiorum 4. p. constitut. cap. 10. §. 10. Rector ipse legere aut docere Christianam doctrinam quod agnoscitur debet. Vbi in declaratione additur si impedimentum intercedat, cum Prouinciali esse communicandum, vt per alium fieri possit: idque debere Rectores implere intra primum annum sui muneris, declaratur in 2. congreg. generali cap. 15. vt ergo omnes de Societate ad hoc ministerium magis, ac magis afficiantur tot modis, & signis eius utilitas, & necessitas commendatur.

XIV.
Ad ratiocinandum in num. 4.

Nihil igitur obstant rationes dubitandi in num. 4. postea: nam licet in externa specie, ministerium minus speciosum appareat, reuera est Catholicæ Ecclesiæ valde necessarium, & quo maioris humilitatis officium: eo maiori religionis commendatione indiget. Nec refert quod parentes, patrini, & parochi, ex officio ad hoc ministerium teneantur: quia generatim loquendo, huius religionis officium, est iuuare in omnibus ministerijs ad salutem animarum pertinentibus eos, quibus ex officio incumbunt: vel qui non omnes suis muneribus satisfaciunt, vt debent: vel quia pluribus existentibus ministris, & coadiutoribus, melius poterunt animi iuuari, & illuminari. Accedit, quod hoc ministerium docendi Christianam doctrinam, habet latitudinem, tam ex parte personarum, quia non solum pueri, sed etiam multi ex adultis hac eruditione indigent; tum ex parte modi docendi, & explicandi rudimenta fidei, ad quod sæpe non mediocris scientia necessaria est, & in dogmatis exponendis, & maxime moralibus rebus, quae certè scientia scholares Societatis nondum satis instructi supponuntur: ideoque multum potest in hoc ministerio industria, & sollicitudo, ac doctrina nostrorum religiosorum, maxime prouectorum, Ecclesiæ prodesse, prout hætenus per diuinam gratiam experientia demonstrauit. Merito ergo in professione Societatis huius operis specialis, & expressa mentio fit, vt non solum scholaribus: sed omnibus operarijs eius sit commendatum, ipsique professi intelligant peculiari ratione ad suum statum, & officium pertinere, vt declarauimus.

paulo post fiant: parum profectò videtur referre, ut hoc solenne, alia simplicia dicantur, cum moraliter rem considerando quod parum distat nihil distare videtur. Et præterea reddenda est ratio, cur magis hoc votum statim fiat, ut dicatur solenne quam reliqua.

III. Propter hanc difficultatem aliqui moderni scriptores dixerunt, licet hoc votum professorum Societatis laudabile sit, quia abundans cautela non nocet: re tamen vera, ex vi illius voti, non amplius obligari ad obediendum summo Pontifici secundum regulam suam, quam alij religiosi ex vi suæ professionis teneantur. Quin potius asserunt, omnes religiosos inter se esse æquales in hac obligatione obediendi summo Pontifici, in suis obseruantis regularibus: quia omnes illum habent tanquam supremum Prælatum vniuersi cuiusque religionis, à quo pendet omnis obseruantia regularis: ita scripsit Emanuel Rodriguez de regularibus tom. 1. q. 22. a. 6. potestque hæc sententia iuari ex ratione, quam nostrimet Patres in Bullis Pontificiis ad hoc votum emittendum his verbis tradunt. *Quamvis Euangelio doceamur, & fide orthodoxa cognoscimus, ac firmiter proficemur, omnes Christi fideles Romano Pontifici tanquam capiti ac Christo Vicario subesse: ad maiorem tamen nostræ Societatis humilitatem, ac perfectam vniuersi cuiusque mortificationem, & voluntatem nostrarum abnegationem summo opere conducere indicavimus, singulos nostros vti: illud commune vinculum speciale voto stringi, &c.* Ex his enim verbis colligitur, per hoc votum solum addi vinculum religionis, vltra vinculum subiectionis, quod commune est omnibus fidelibus: at hoc vinculum religionis, omnes religiosi superaddunt, ex vi suæ professionis, ergo re ipsa hoc votum nihil addit novum comparatione facta ad alios religiosos. Sed ad summum addi potest huic sententiæ, hoc votum addere maiorem quandam certitudinem huius obligationis obediendi Pontifici. Quod enim omnes religiosi ex vi professionis promittant obedientiam specialem summo Pontifici, non est ita certum, quin aliqui Theologi hoc negauerint, ut significat Durandus 2. d. 44. quæst. 5. & quamvis oppositum doceat communis sententia, ut Carthusianus eadem d. 44. quæst. 5. notat & in superiori tomo visum est; id verò sub opinione versatur: igitur hoc votum addit saltem certitudinem obligationis: non tamen obligationem, iuxta hanc opinionem. Nihilominus hæc opinio vera non est, nec consentanea Bullis Pontificiis, quibus hoc votum approbatum est, ut speciale, & omnino distinctum à reliquis. Ut ergo id ostendamus, comparabimus prius hoc votum ad professionem aliarum religionum, deinde ad alia vota seu vincula eiusdem Societatis, in quo fortasse maior difficultas versatur.

Quid addat hoc votum, tribus aliarum religionum votis.

IV. Dico ergo primò professi Societatis emittentes quartum votum obediendi summo Pontifici, & sanctè faciunt, & ad aliquid ex vi illius voti obligantur, ad quod non obligantur reliqui religiosi ex vi professionis suæ: ut conclusionem probemus materia huius voti præ oculis ponenda est: quæ satis expressè proponitur in dictis Bullis Pontificiis, & in Examine cap. 1. §. 5. *Professa Societas* (dicitur) *præter tria vota, votum facit expressum summo Pontifici, ut vicario, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, Christi Domini nostri, nimirum ad proficiscendum sine excusatione, non perito viaico, quocumque gentium eius sanctas iussus, inter fideles, vel infideles, ad res, quo ad animarum cultum, & religionem Christianam bonum spectat.* In quibus verbis in primis observo, materiam huius voti non

esse totam illam, quæ potest esse materia obedientiæ religioſæ; etiam secundum regulam Societatis, sed solum materiam missionum, ut patet ex illis verbis, *nimirum ad proficiscendum*, quæ sunt declaratoria, & limitativa voti, & materiæ eius. & ita in ipsa forma profitendi expressè dicitur. *Insuper pro-missionem specialem obedientiam summo Pontifici circa missiones.* Vbi in declaratione dicitur, *totam intentionem quartum iussu Pontifici huius voti obediendi summo Pontifici suis, & est circa missiones.* Et additur, hoc modo esse intelligendas litteras Apostolicas, quæ interdum verba generaliora habere videntur, & in sequentibus magis declarantur.

V. Ad præterea in materia huius voti, sub verbo, *proficiscendi*, etiam verbum permanendi, in quacunque mundi parte, vel provincia, & sub nomine missionis perseverantiam etiam, iuxta intentionem præcipientis, comprehendit. Accommodatum exemplum ad hoc explicandum habemus in cap. *si postquam*, de electione in 6. vbi Bonifacius Pontifex interpretans constitutionem Nicolai Papæ, quæ exigit ut electi ad quædam beneficia Romam proficiscantur pro confirmatione electionis: inquit, *Non solum ut quæ veniat, sed etiam ex sui mente exigat, quod usque ad finem negotium proficiscatur*: sic ergo in præsentem dicimus, votum parendi in proficiscendo, exigit ex sui mente obedientiam in permanendo, vique ad finem negotij, utique iuxta intentionem mittentis huic rei accommodatam, ut statim explicabimus. Ratio etiam hoc convincit, quia via est propter terminum, inutilis enim esset missio, nisi in termino sisteretur, quantum ad finem, & effectum missionis necessarium est. Unde hic terminus, & quies necessaria in illo, non est quasi finis extrinsecus, qui solet distingui à materia legis, vel promissionis, sed est intrinsecus terminus, à quo pendet tota ratio, & utilitas talis materiæ, & ideo intrinsecè pertinet ad materiam talis voti. Et ita explicari videtur in citatis verbis examinis, ibi, *ad res, quæ ad animarum cultum, &c.* nam una ex his rebus, maximè necessaria esse potest permanentia in tali loco. Clarè etiam supponitur in 7. p. constit. cap. 1. §. 2. ibi, *residere, vel miti.*

VI. Hinc teritiò addo, non solum teneri professos, ex vi huius voti missiones peragere, sed etiam actiones illas, vel functiones ad quas, seu propter quas mittuntur, fideliter, seu strenuè, quod in ipsis moraliter est, peragere. hoc eodem discursu facile persuaderi potest, quia nomine missionum iuxta verum sensum, & communem vsum loquentium, non intelliguntur solum itinera, vel residentie in aliquibus locis, sed actiones etiam & ministeria, ad quæ huiusmodi itinera, ordinantur. Obedientia ergo circa missiones, quæ per hoc votum promittitur, hæc omnia comprehendit. Et hic est sensus illorum verborum in Bullis Pontificum, speciali ad hoc voto astringi, ut quidquid modernus & alij Romani Pontifices pro tempore existentes iusserint, ad profectum animarum, & fidei propagationem, & quacunque provincias nos mittere voluerint, &c. Vident ergo non solum ire quò missi fuerint, sed etiam ibi exequi quidquid facere iussi fuerint; verumque ergo est materia huius voti, quantum est ex vi obligationis eius. Quod ideo addo, quia in vtu talis erit obligatio, quale fuerit præceptum, quod actum imponetur. Sape enim potest præcipi alicui ire in Indiam, non tamen præcipi actionem ibi exercendam, sed relinqui secundum institutum. Et tunc si quis obediatur cundo; licet postea sit negligens, vel aliàs peccet malè utendo suo munere, non peccabit specialiter contra hoc votum, quia præceptum non fuit circa totam materiam illius impositum.

VII.
De fine eius
dem voti sui
materia
eius.

Quartò consideranda sunt verba illa, ad profectum animarum: & fidei propagationem pertinentia, nam substantialiter limitant materiam huius voti, non enim obligamur peregrinari quocunque, ad alios fines, sed solum ad salutem animarum, & fidei propagationem. In examine autem cap. §. 5. videtur hoc ampliari dum dicitur: *Ad res, quae ad diuinum cultum & religionem Christianam bonum spectant.* Hic enim finis generaliter esse videtur. Nam ire ad visitanda, v. g. loca sancta Hierusalem, ad diuinum cultum pertinet, & non videtur conferre ad fidei propagationem vel profectum animarum. Veruntamen haec verba accommodanda videntur ad ea, quae in Bullis Pontificijs continentur, quia subtilis institutum approbatur, & confirmatur, praecipue, quia in 7. p. constit. cap. 1. §. 1. eodem modo declaratur tota intentio huius voti, scilicet, ut sit, *ad animarum auxilium*; de hoc ergo cultu Dei, & bono religionis Christianae alia verba intelligenda sunt.

VIII.
Extensio di-
cti finis.

Quoniam omnis alius cultus Dei, possit ad hunc finem saltem indirectè, & remotè ordinari: propriè tamen, & directè sub illo fine comprehenduntur omnes actiones misericordiae spirituales circa proximum, ut sunt procurare pacem inter Principes dissidentes; subuenire laborantibus in quocunque animae periculo; seminare fidem, & resistere haereticis; iuuare Catholicos quocunque spirituali ministerio doctrinae, aut Sacramentorum. Actiones autem misericordiae corporalis, ut sunt redimere captiuos, vel similes, licet non videantur directè sub hoc voto comprehensae, si tamè sint ex his, quae clericos docent; non videntur excludi, quia omnes possunt ad spirituale profectum ordinari, sicut eas etià Societatis institutù amplectitur. Actiones verò defendendi Ecclesià, vel resistendi infidelibus per arma & bella, licet sint opera charitatis, non tamè pertinent ad sacerdotes, & ideo clarè est hic non comprehendi, quamuis ab his missionibus non excludantur illae, quae sunt, siue in terra, siue in mari adiuuando Christianos milites & duces pro Ecclesia militantibus: nam haec immediatè pertinent ad finem spirituale iuuandi animas fidelium, & vltimatè ordinantur ad pacem, & vniuersale spirituale totius Ecclesiae. Nec obstat, quòd materialis gladius interueniat, cum ille non per religiosis ipsos, sed per milites tractandus sit.

IX.
Collectio di-
ctorum de
materia &
fine huius
voti.

Atque hinc in summa concludo, sub materia huius voti comprehendi omnia spiritualia ministeria, quae Societas circa proximos exercet; nã ad omnia illa potest nos Pontifex mittere quocunque velit. Et quia sub missione (ut n. 5. diximus) comprehenditur existentia, seu residentia in aliquo loco, etiam si Pontifex eo non me miserit, potest mihi praecipere, ut ibi cõcioner, doceat, vel aliud simile ministeriũ peragat, quia si eo in loco nõ esset, posset me illo mittere in hunc finem: ergo licet ad illud, potest praecipere ut permaneam, & tale ministerium exerceam: & ita in rigore, & sine alia restrictione verum est, quod in Bullis dicitur hoc voto nos attingi, *ut quidquid Romani Pontificis, pro tempore existentes, & illi in ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinet, exequi tendamur.* Quòd si dubium inciderit, an tale ministerium hoc loco, & tempore pertineat ad profectum animarum, vel si solum ad temporalem, vel civilem vtilitatem proximorum, ut docere hic Grammaticam, vel Philosophiam; eius rei iudicium penes summum Pontificem sine dubio futurum est: id enim ratio quòd in dubijs pro superiore standum sit postulat: & verba ipsa, quibus materia huius voti explicatur, idem satis indicant.

X.
1. Circum-
stantia ex-

Tandem, ad materiam huius voti spectant aliqua circumstantiae grauiusculae, & non parum difficiles. Prima est ut cum mittuntur profecti, nullo

expectato, aut petito viatico, ire teneantur. Haec conditio inter eas, quae ad votum paupertatis spectant, ponitur 6. p. constit. c. 2. §. 13. *Quando summus Pontifex (dicitur ibi) vel superior profectus, vel o. d. mittere ad laborandum in vinea Domini miser, n. illam viaticum petere possit, sed liberè aliter representet, ut mittatur pro illa (id est, mittentibus) ad maiorem Deignitatem fire videbitur.* Et additur in declaratione, *id est, petitis, vel equites: cum pauperibus, vel sine illis, &c.* Vnde videtur haec obligatio ex ea parte, quia respicit paupertatem, ad votum illius pertinere. Nihilominus tamen, ut pertinent ad circumstantias, & modum missionis, cadit etiam sub votum missionis: nec enim est inconueniens, ut eadem res sub diuersa rationibus, cadat sub diuersa vota, sicut etiam sub diuersa praeccepta. Et ita in cap. 1. Exam. §. 5. de Societate professi dicitur, *Faci voti expressum, &c. ad profectum, &c. non petito viatico, & 7. p. constit. c. 1. ubi votum hoc copiosè traditur in §. 3. haec conditio tantquam illius propria declaratur.* Quocirca quia occasione viatici, vel ex timore indigentiae, missionem detrectaret, cõtra hoc votum directè delinqueret: quia vouet obedientiã circa missiones, iuxta constitutiones & Bullas, quae ita materiam huius voti declarant. Vnde etiam fit, ut non solum ire, sed etiam residere, vbique locorum debeant profecti, non expectato viatico, nec subditiõ Pontificis, sed à Deo, & piorum elemosynis, quibus sustentari debent, iuxta paupertatem, quam profitentur.

Secunda circumstantia ponitur his verbis in Pontificijs Bullis; *sine vlla tergiversatione, aut excusatione, illi o. quantum in nobis fuerit.* In examine dicitur, *sine excusatione, & aperte declaratur, hanc ipsam circumstantiam sub voto cadere.* Agens enim B. P. Ignatius de hoc voto ait; *Quo se obedientia Summi Ch. g. Vicarij, sine vlla excusatione, Societas obligat.* Obedientia ergo sine excusatione sub hoc voto cadit. Haec autem conditio intelligenda est, & iuxta alia loca earundem constitutionum, & secundum rationem rectam. In alijs enim constitutionum locis, & in epistola de obedientia saepe monemur perfectionem obedientie non excludere, quin, si aliqua iusta excusatio occurrerit, superiori debito modo, & reuerentia proponi possit; similis ergo proposito, & iusta excusatio per hanc conditionem non excluditur in praesenti, quia secundum se iusta est, & recte rationi consentanea: neque in alijs obedientie operibus illicita, quia est per regulam permilla: sed ideo potius permilla est, quia recta ratio illam postulat. Imo aliquando illam tacere esset valde contrarium intentioni Pontificis praecipientis & finis eius. Igitur ut vno verbo dicam excluditur per hoc votum, excusatio voluntatis; non rationes: vel certe excluditur excusatio, quae includit absolutum decretum non eundi, non verò illa, quae in sola expositione rationabilis impedimenti consistit. Nam etiam cum excusatio videtur rationabilis, nõ licet absolute nolle parere, & hoc modo se excusare, quia si non obstante difficultate proposita Pontificis praecceptum vrgeat, illi omnino parendum est ex vi talis voti; nisi euidenter praecceptum esset multum, quod non potest praesumi, aut timeri. Et è cõuerso quauis homo ex fragilitate, sine dolo & fraude tergiversaretur, insinuans difficultatem suam, & rogans excusari per ablationem praeccepti, cum praeparatione autem parendi si Superior non considerat, tunc non est peccatum graue, licet esset imperfectio magna, & forte etiam peccatum veniale.

Tertia circumstantia huius materiae est, ut sit vniuersalis, & indifferens ad omnia loca, & ad omnes gentes cuiuscunque religionis, seu opinionis, sine ad consuetudinem (dicitur in Bulla) sine ad quosque alios respectus, & quales, etiam in partibus, quas Indias vocant, sine ad quosque, &c.

hæreticos, schismaticos, seu etiam ad quosvis fideles. Nec intellexit Societas (additur in Constitutione) particularem aliquem locum, sed ut per orbem in diversas regiones, & loca spargerentur. Vbi etiam scribitur, & in declaratione magis exponitur, ob hanc potissimè causam Societatem totam decreuisse per hoc votum in potestate Pontificis specialiter se constituere; quoniam cum maius Dei, & totius Ecclesiæ obsequium in proximorum auxilio optaret, & ignoraret vbi cum maiori fructu versari posset, negotium hoc Christi Vicario committendum iudicavit; tum quia illi, ut totius Ecclesiæ capiti, maior cognitio rerum, ac necessitatum totius Ecclesiæ futura erat: tum etiam, quia sperandum merito putavit, distributionem ministrorum Societatis per Pontificem futuram esse optimam, & maiori auxilio Spiritus Sancti factam.

XIII.
Extenditur
dicta circum-
stantia.

XIV.
An recessus
ab aliquo
loco spectet
ad materiam
huius voti.

XV.

Vnde etiam fit, ut ex vi huius voti teneantur professi Societatis, si Pontifici visum fuerit, nullum habere certum domicilium, sed huc illucque discurrere, ac si oportuerit, extra Societatis domos diuturno tempore habitare, eo quod ad bonum animarum expediat. Ita ut hic viuendi modus non sit omnino accidentarius, seu extra latitudinem instituti, sicut esset in alijs religionibus, sed sit per se comprehensus & electus ad finem Societatis: propter quod de professis dicitur in 4. p. Constit. cap. 2. §. 4. lit. B. non habere stabilem habitationem. Et in Examine cap. 4. debere esse paratos ad discurrendum per quascunque mundi partes, prout à Pontifice, vel superiore fuerit iniunctum.

Quæri vero tandem potest, an sub hac materia missionum cōprehendantur non solum actus eundi, sed etiam redeundi, seu recedendi ab aliquo loco, vel etiam negatio non eundi in aliquam regionem; ita ut ex vi huius voti, possit hoc Pontifex præcipere, secluso alio titulo iurisdictionis. Hinc enim videtur non comprehendi, quia in rigore, hæc sunt res distinctæ, ita ut negatio, seu recessus non comprehendatur propriè sub nomine missionis; materia autem voti ad proprietatem verborum limitanda est. Aliunde autem, moraliter hæc considerando, videntur planè, vel esse eiusdem rationis, vel ita connexa, ut non possit alteri sine alio promitti. Respondeo dupliciter posse præcipi recessum ab aliquo loco; primò propter priuationem termini à quo, primariò, ac per se. Secundò propter terminum ad quem, id est, propter accessum ad aliquem locum. Hoc posteriori modo non est dubium, quin recessus sub his missionibus cōprehendatur, quia non potest præcipi accessus ad aliquem locum, quin præcipiatur recessus à quocunque loco alio.

De priori autem modo, videtur res dubia; quia id non pertinet ad missiones. Nihilominus existimo, si sub eadè ratione recessus spectetur, scilicet auxilij animarum: etiam comprehendi sub illa materia, ut si Pontifex reuocet aliquem à loco ubi non est utilis, & fortasse impedit alios, vel etiam nocet proximis; credo teneri ad obediendum, ex vi huius voti, etiam si alio determinatè non mittatur. Ratio est, quia sub nomine missionum, etiam termini earum comprehenduntur & permanentia in illis, ut diximus n. 5. ad hanc autem permanentiam spectat temporis limitatio, & consequenter, non tantum accessus, sed etiam recessus: alius potestas esset diminuta, & valde imperfecta atque exposita multis incommodis. Item quia hoc necessarium admodum est ad salutem animarum, & in rigore comprehenditur sub materia missionum. Item quia intentio constitutionum est, ut hæc distributio professorum Societatis per orbem Pontifici Summo omnino subiecta sit, ut patet 7. p. c. 1. §. 1. in fine, & sæpe alias: hoc autem ita non esset, nisi tam in reuocandis, quam in mittendis personis, haberet Pontifex plenam pote-

statem. Denique cum professi ex vi sui instituti aliqui esse debeant ad fructificandum, eo ipso quod ab aliquo vno loco reuocantur, ad alium virtute mittuntur, siue hoc sit primariò, siue secundariò intentum; & siue ille locus determinatus sit à Pontifice, siue per superiores Societatis veniat determinandus, & siue in eo magis attendatur bonum ipsius religiosi, siue proximorum, hæc enim omnia accidentaria sunt: nam ad materiam huius voti factus est, quod ibi non desit aliqua ratio missionis, ex qua possit maius aliquod auxilium proximorum, & bonum Ecclesiæ redundare.

Atque eodem modo dicendum videtur de non eundo in aliquem locum, vel regionem. Nam hæc etiam negatio dupliciter potest præcipi: primò propter permanentiam in termino à quo, & sic clarum est posse præcipi, sicut de ipsa permanentia dictum est. Secundò potest per se præcipi ad impediendum accessum ad talem terminum: & sic videtur res magis aliena ab hoc voto, sed eodem modo credo ad illud reuocari, si ratio prohibitionis sit utilitas animarum, quia semper hoc pertinet ad distributionem personarum, semperque reducitur talis negatio ad positum oppositum, scilicet, ut Societas in alijs locis occupetur, siue hoc per se primò, siue secundariò sit intentum: satis enim est, quod materia de se talis sit, quodq; per se sit annexa cum materia voti: sicuti ex vi præcepti affirmatiui prohibetur ea, quæ sunt intrinsecè coniuncta, & qui potest actum præcipere, potest etiam præcipere necessaria, ac per se coniuncta actui, siue ipse principaliter intendat negationem, siue minus principaliter. Ita ergo in præfati dicendum censo. Et hæc de materia huius voti.

Ex quibus infero, & probo in primis, hoc votum pium, & sanctum esse, quæ erat prior pars assertionis positæ numero quarto, quia fit de re optima, & propter optimum finem. Nam per illud nihil aliud intenditur nisi commune bonum Ecclesiæ, salus proximorum, & fidei defensio, ac propagatio, ut in locis citatis constitutionum, & Bullarum, sæpius declaratur, illi autem optimi fines sunt. Quod verò quidam calumniantur, per hoc votum Societate fauorem specialem ab Apostolica sede ambire, cum re ipsa nihil noui voueat, solumq; adulationis causa, & propter humanum respectum, hunc singulare profutendi modum inuenisse. Hæc (inquam) calumnia non potuit esse prudenti hominum, sed eorum qui temerè, & iuxta affectum, & animi dispositionem suam, de alijs iudicant. Cum enim nec ex materia, nec ex fine ipsi voti secundum se, talis intentio, vel suspicio eius appareat, cumque sæpius in constitutionibus recta illa intentio declaratur, & summo Pontifici in Bullis proponatur, quis potest nisi temerè aliam sinisteram intentionem suspicari? Præterquam quod illa ambitiosa intentio, in singulis personis non potest moraliter habere locum, ut per se constat, quia per tale votum, nec magis sunt nota Pontifici, nec aliquid temporale ab illo sperant: intendere autè, ut rota religio sit specialiter sub summi Pontificis protectione, ut ad suum specialem finem ab ipso defendatur, & iuuetur: hoc non esset ambitiosum, sed valde consentaneum rationi, & charitati. Sic enim diuus Franciscus pro se, & religione sua peculiariter promittit obedientiam Honorio III. summo Pontifici, & successoribus eius, ut statim in numero 27. dicitur. Et Bonauentura in Apolog. paupertatis respons. 4. part. 2. articulo primo, ait ratione singularis paupertatis, religionem Minorum, peculiari modo esse commissam curæ Pontificis tanquam filium familias parenti, quæ non est ambitio, sed sancta intentio; licet ergo Societas suo modo hoc intenderet, optimè faceret; quamuis reuera non sit hæc huius voti intentio, sed potest esse fructus, vel effectus, qui ex illo consequatur.

Mate-

XVI.
Quid de non
eundo ad
certum lo-
cum.

XVII.

XVIII.
a. Probatio
ex bonitate
materie.

Item ex be-
nitatem di-
am cur-
rendi.

XIX.
Obiitio de
huius voti
inutilitate
deluitur.

Sic missi
Laym in
Gallia, Bor-
gin in Lus-
itaniam pro
bono Ecclie
sunt alij ex
primis sicut
Ignatius so-
lus.

XX.
Ex vi dicti
voti tenetur
generaliter ex
aque dispo-
sitione Papa
circa mis-
siones.

XXI.
Probatur
distingui So-
cietatem à
monachali-
bus puris per
hoc votum.

Materiam autem esse in se optimam, & dicto fini accommodatam per se notum est: quia ministeria Societatis, sunt per se, & natura sua ordinata ad salutem, & sanctificationem animarum, scilicet prædicatio verbi Dei, & alia, quæ illam comitantur: hæc autem non sunt legitime nisi ab his qui mittuntur, iuxta illud Roman. 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* A nullo autem potiori iure & maiori Spiritus Sancti directione mitti possunt, quam à summo Pastore ouium Christi, ad quem ex officio spectat ouium salutem spirituali intendere. Modus etiam optimus, quo mitti possunt est ex obedientia, quæ est holocaustum Deo gratissimum, & maxime quando voto consecrata est: ergo ex omni capite est hæc materia optima, & optimo fini accommodata.

Dices aliunde videri talem promissionem inutilem, quia Pontifex non potest singulos professos, Societatis cognoscere, vt eos mittat: nec potest his missionibus intendere, vt eis grauissimis rebus occupatus. Respondeo primò experientiam docuisse contrarium, nam frequenter hæc missiones fiunt à summo Pontifice, vel in generali petendo personas, earumque determinationem Generali committendo; vel interdum etiam particulares personas, & aliquando etiam ipsum Generalem mittendo, non sine magno fructu, quem hic referre necesse non est. Deinde licet singulares personæ non sint cognita Pontifici, multum refert ipsum scire totam hanc religionem esse huic muneri speciali voto consecratam, & suo nutui obedientem fore in omnibus, quæ ad bonum animarum iusserit. Cum enim ipse sit generalissimus dux totius Ecclesiastici exercitus, vtile illi esse potest habere ad manus auxiliares copias militum, quos libere possit distribuere, prout expedire censuerit. Et ob hanc causam Pater noster beatus Ignatius in 7. p. constituit. cap. primo, §. ultimo. sapientissimè prouidit ad finem huius professionis melius consequendum, vt præpositus Generalis, cum nouum Christi Vicarius in Apostolica sede fuerit constitutus, per se, vel per alium intra annum ab eius creatione, & coronatione teneatur eius sanctitati declarare professionem ac promissionem expressam obedientiam, quam ipsi Societas peculiari voto circa missiones ad Dei gloriam se astrinxit. Denique licet Papa non possit omnes professos Societatis cognoscere, aliquos autem præcipuos, & quibus commodius vt instrumentis vti potest, facile potest cognoscere, vel ex fama, vel ex facie, quia Romam sæpe diuertunt, vel multi etiam degunt, & ab his potest de alijs, prout voluerit, notitiam sufficientem sumere: hæc ergo satis superque sunt, vt hoc votum ex ea parte non inutile, sed potius valde vtile reputetur.

Non tamen omitam aduertere, quia Præpositus Generalis est principalis minister, quo summus Pontifex necessariò ordinariè vsurus est, ad has missiones faciendas, teneri ipsum ex vi sui muneris, & (vt ego opinor) ex vi eiusdem voti, quod ipse emisit, fideliter exequi & ordinare quicquid sua sanctitas in hoc genere iusserit, & iuxta intentionem suam. Hoc etiam significatur in 7. p. constituit. capite primo. §. quarto, ibi; *Superior, iuxta eius (id est, Pontificis) præceptum, eos qui magis conueniunt, & aptiores ad id referre videbuntur, designabit.* Et §. 6. ibi; *Qui (scilicet Superior) sanctam intensionem Pontificis in Christi Domini nostri obsequium considerabit.*

Secundo principaliter inferitur, & probatur ex dictis votu hoc specialem inducere obligationem, quam generale votum obedientie aliarum religionum, non includit, quæ erat secunda pars assertionis in numero quarto. Probatur facile ex dictis facta inductione, etenim religiosus monachalis non tenetur, ex vi sui voti obedientie, esse paratus ire in Indiam, vel ad Turcos, quoties iussus à Pontifice fuerit:

nam quoad hoc non magis tenetur illi obedire, quam secularis quispian, quia illud non pertinet ad professionem suam. Suppono autem ex superiori tomo de votis religiosorum, votum obedientie non obligare religiosum ad obediendum in omnibus simpliciter, etiam optima & perfectissima sint, sed tantum in his, quæ ad professionem suam regulam spectant directè, vel reductiue: illa autem non pertinent ad monachalem professionem, vt per se constat. Suppono etiam ex omnium sententia, votum obedientie, in quacumque religione, quantum ad materiam suam, non aliter obligare respectu Pontificis, quam respectu prælatorum religionis, quia idem est obedientie votum, & secundum eandem regulam fit, ad summumque gradatione quadà extenditur, & ascendit usque ad summum Pontificem tanquam supremum prælatum vniuersi cuiusque religionis, vt in fine materie de voto in communi dictum est. Constat autè prælati Carthusiæ, & c. non posse obligare subditum suum ex vi voti obedientie, ac per se loquendo, vt eat in Indiam, & c. ergo neque potest Pontifex hoc titulo id præcipere, Dico, *hic titulo*, quia non agimus de iurisdictione Pontificis vt Pontifex est, ratione cuius poterit in aliquo casu id præcipere, sicut etiam potest præcipere clerico seculari, sed ille casus & ratio est, & non est ex voto obedientie, quod nunc consideramus.

De religionibus mendicantibus magis potest quis dubitare, quia ex institutione sua aliquo modo ordinantur ad actionem circa proximos: & ideo de illis verisimile est, posse mitti ad Indos ex præcepto obedientie, vt videtur supponere Soto lib. 7. de Iustit. q. 2. art. 4. in fine corporis. Nihilominus tamen absolute, & simpliciter est magni discrimen. Primò, quia religiosus alterius ordinis, etiam mendicantis, solum potest obligari ad migrandum in regiones longinquas, quatenus potest à suo Generali transferri ab vna prouincia in aliam, propter maius bonum suum, vel religionis, vt latè tractat Nauarr. Comment. 3. de Regular. n. 22. quia cum tota religio sit vnum corpus, distantia locorum non obstat, quominus per supremum gubernatorem possit fieri translatio ab vno in alium, quando toti corpori expedit. Professus autem Societatis, ex vi huius voti, mitti potest à Summo Pontifice, præcisè ratione muneris prædicandi, vel alio modo ministrandi proximis in spiritualibus, etiam necesse sit eo tendere, vbi nulla sit Societatis domus, neque prouincia, neque moralis spes illius.

Vnde etiam fit, vt ex vi voti mitti possit, vbi perpetuò extra domos, & collegia Societatis habitet per alienas domos, & hospitalia peregrinando: ad quod (vt opinor) alij religiosi ex vi voti cogi non possunt. Et forte in hoc sensu dixerunt aliqui moderni non posse religiosum, etiam mendicantem, præcepto obedientie obligari, vt eat ad Indos: nam id propter obliuiam distantiam absolute verum non est, quoad hunc autem viuendi, & peregrinandi modum, est probabile. Maxime verò excusari poterunt, si versari debeant inter ipsos infideles, cum sit probabile periculum mortis, seu martyrij in tali munere obeundo. Et ideo S. Franciscus in regula solùm dixit, *qui voluerit ire inter Sarracenos, perat licentiam*, & c. indicans aliter mitti non posse, vt notauit Cordub. supra q. 2. in expositione Regulæ S. Franc. c. 10. & Ioannes de Capistrano in suis Constitutionibus cap. 12. Professus autem Societatis, ratione sui voti, non potest hoc titulo tergiuersari, & ita in pluribus casibus obligatur, ratione huius voti, in quibus alij religiosi ex voto obedientie non obligantur. Accedit etiam obligatio in modo eundi: quia viri Societatis tenentur ire (vt sic dicam) expensis suis, id est, sine viatico, & mendicando si oportuerit: alij autem, cum hoc non prolicentur, non

poterunt obligari cum tanto rigore. Denique professus Societatis, quasi ex officio tenetur esse expositus ad hoc munus, ita vt sine speciali necessitate mitti possit, quia hunc modum viuendi professus est: alij non item, sed ex accidenti, vel communi lege charitatis, iustitiae, aut obedientiae Christianae, vel ob aliquem peculiarem respectum, feruendi suae religioni, vt de tranfitu ab vno loco in alium paulo ante dicebamus ex Nauarro.

XXIV. Hinc vero sumunt aliqui occasionem obijciendi contra hoc votum nouitatem, & singularitatem, imò & temeritatem; nam videtur quaedam praesumptio tot difficultatibus, & periculis, se obijcere. Verum haec obiectio saepe est in Superioribus expedita, vt in lib. 2. c. 4. an. 2. Si enim religio Societatis secundum suum proprium institutum & viuendi modum noua est, quid mirum, quòd aliquod noui etiam proficitur? Quando enim religio S. Francisci paupertatem in communi profiteri coepit, nouum fortasse fuit: profiteri etiam militiam, aut redemptionem captiuorum, nouum aliquando fuit in talibus religionibus. Non ergo omne nouum reprehensibile est, sed quod est antiquitati contrarium, non vero quod per temporum opportunitatem in morem introducit, ad perficienda ea, quae antiqua sunt. Eademque proportionem, de singularitate dicendum est, sicut Societas est peculiaris religio à ceteris distincta; ita etiam habere aliquod proprium & peculiare insigne, quo ab alijs discernitur: iam enim in Superioribus lib. 1. c. 2. ostendimus, vnamquamque religionem habere aliquem scopum, quò peculiariter collimat. In Societate ergo ministerium hoc circa animarum salutem; & specialiter obedientiam Summi Pontificis, est specialis scopus eius, ad quem à Deo vocata est, & ordinata. Quapropter singularitas haec, non humana tantum ratione, sed speciali (vt credimus) Spiritus Sancti gratia inuenta est, ad disseminandam fidem in tot remotissimis regionibus, & ad Ecclesiam à tot haereticorum incurribus defendendam.

XXV. Quauis autem hoc votum sit de re valde ardua, & difficili, & si ad fragilitatem hominum comparatur periculis expositum (id enim non negamus) nò tamen propterea imprudens est, aut temerarium. Primo quidem, quia non humanis viribus, sed Spiritus Sancti gratia implendum creditur, qui enim coepit, & inspirauit illud, ipse perficiet, si per nos nò fletur. nam (vt in Superioribus lib. 1. c. 6. num. 9. & cap. 7. num. 10. diximus) haec est specialis gratia huius vocationis, quae potentior est omnibus periculis, & difficultatibus. Deinde per hoc votum non promittimus nos periculis exponere; nec has, vel illas regiones adire, aut has, vel illas actiones exercere, sed obedire Christi Vicario, quo medio nullum potest esse certius ad non errandum in via Dei. Accedit tandem religionis prouidentia, tum in disponendis & probandis personis, tum etiam in eis eligendis. Et praeterea in Constitutionibus, & Bullis saepe monemur, vt patet in 7. p. constit. c. 1. §. 2. & in Bulla Pauli III. & Iulij III. ne vllus in hanc, vel illam partem mitti procuret, sed se moueri sinat, quamuis se paratum ostendere malum non sit. Ita expendit Greg. lib. 6. epi. 5. c. 169. illud Isai. 6. vbi cum Deus diceret, Quem misisti aut quis? mihi ipse se obtulit dicens, Ego, mitte me. Et illi confert cum Hieremia, qui cap. 1. se excusabat, dicens, A, a, Domine Deus nescio loqui, atque verumque spiritum laudat, quia ex bono affectu proficisci potest. Et quia nec Hieremias restitit, nec Isaias ire contendit prius quam se per altaris calculum purgatum vidit. Ne aut non purgatus (inquit Gregorius) adire quisquam? ita ministeria audiamus: aut quem super agria eligit, sub humi iactu spiritus superbe contrahat. Et haftenus de prima comparatione, quā in fine numeri tertij proposuimus.

Quid addat hoc votum, vltra generale votum obedientiae Societatis.

Supereff vt de altera comparatione dicamus ad finem numeri tertij posita, in qua est maior difficultas vt in fine numeri tertij dicebamus, quia votum obedientiae in Societate factum obligat secundum regulas, & constitutiones eius, & ideo ad multa obligat, ad quae alij religiosi, ex vi suae obedientiae non obligantur, vt in superioribus à numero quarto visum est. Videtur ergo obligare per se ad has missiones acceptandas, atque adeo per professionem quatuor votorum, nihil addi in re ipsa vltra obligationem trium votorum substantialium huius religionis. Assumptum patet ex 7. p. cap. 2. & expressius 9. p. constitut. cap. 3. §. 9. vbi dicitur, Praepositum Generalem habere potestatem mittendi omnes sibi subditos, etiam non professos ad qualibet mundi partes, & pro quocunque tempore, ac ministerio pro animarum auxilio. Et in 6. p. cap. 2. §. 13. aequè de coadiutoribus, ac de professis dicitur, cum ad laborandum in vinea Domini mittuntur, nullum vnum petere possunt, sed se liberaliter (dicitur ibi) representent, vt mittantur, prout Pontifici aut superiori ad maiorem Dei gloriam fore videbitur. Vbi plane supponitur, esse aequè obligatos, cum tamen coadiutores hoc votum non emittant. In contrarium autem est, quia hoc votum sit distinctum à reliquis: propterea enim in constitutionibus & Bullis quartum votum appellatur, & professio haec quatuor votorum dicitur: ergo oportet vt distinctam obligationem inducat, aliàs quomodo distinctum est?

Ad hoc imprimis dicitur, siue hoc votum in voto obedientiae Societatis implicite contineatur, siue non, sanctè, & vtiliter fieri. Hoc in primis ostendo exemplo religionis sancti Francisci, qui in principio suae regulae speciale votum obedientiae facit Papae Honorio, & legitimis successoribus eius. Quod exponens Bonauentura in expositione regulae capite primo in fine, ait; Et si totus clerus, & religiosorum vniuersitas teneatur firmiter Apostolico Domino obedire: tamen Sanctus huius debito votum obicit speciale, sciens vobis fortissi ari sacri ordinis vinculum, & meritum geminari. Quod votum (dicunt communiter expostores eiusdem regulae) factum esse à sancto Francisco, non pro se tantum, sed etiam pro omnibus suis fratribus, id est, vt ab omnibus etiā fieri intelligatur, nec enim potest votum per alium fieri cum sit actio personalis, vt libro quarto de voto tractauimus cap. q. 1. sed quia vouent obedientiam secundum regulam, & in ea continetur illud votum ex se, & ideo censentur omnes speciali quodam modo illud votum facere. At illud votum sancti Francisci expressè factum Honorio nò ad plura obligauit illi, quam votum obedientiae generalis suae religionis, & nihilominus illud fieri specialiter, & expressè, valde laudabile fuit, & nunc est in tota illa religione: etiam si non adeo expresse tale votum à singulis fiat: ergo etiam in glorioso Patre Ignatio, & socijs eius, & in omnibus, qui illos imitantur, tale votum dignè laude est, siue ad nouos actus obliget, siue nò obliget. Deinde sunt optima ad hoc declarandum verba Concilij Tolentani XI. capite decimo, quae referuntur in caput quatuor d. 23. vbi dicitur expedire vt qui sacris initiatur promittant, & voueant obedientiam, etiam si ex vi status sui canonicis regulis teneatur obstricti, & ratio subiungitur, solum enim plus timere quod singularem pollatur, quam quod generali sponsione concludatur. Deinde esto hoc votum non addat specialem obligationem, nihilominus est specialis reuerentiae, & humilitatis actus: ergo, vel ex hoc capite laudabile est. Atque haec ratio tangitur in praedictis Bullis dum dicitur, Ad maiorem nostrae Societatis humilitatem, ac per-

XXVI.

Arguitur addere nouum aequum.

XXVII.

Arguitur addere nouum aequum.

ac perfecti in vniuersisque mortificationem, & voluntarium nostrarum abnegationem, &c. Denique addit nouam & expressam voluntatem illius obligationis, qui est nouus actus meritorius.

XXVIII.

Hinc præterea probabile est, votum hoc, circa eosdem ad⁹ addere maiorem obligationem, quasi intensiuam, etiam non addat extensiuam. Potest autem dici additio extensiuæ duplici modo, vel quia extenditur ad nouos actus: vel quia eidem actui addit obligationem diuersæ rationis, ac virtutis; si ergo supponamus ad has missiones, cum omnibus circumstantiis eius à numero decimo adductis, oriri obligationem ex vi voti obedientiæ Societatis, clarum est per hoc votum expressum non extendi obligationem priori modo, quia non ad nouos actus, nec posteriori modo, quia non est in alia specie virtutis, nisi religionis, neque in ea est alterius rationis, quam voti, quia, ut supra numero primo argumentabamur, generale, vel speciale non mutant specificam rationem obligationis, licet intra eandem speciem possint aliquam diuersitatem habere.

XXIX.

Iam ergo probatur assertio de maiori obligatione intensiuæ, quia specialis promissio videtur intra suum genus maiorem inducere obligationem, ut in citato Concilio Toletano significatur, & glossa sentit in dicto cap. *quinq. an.* Idem etiam significauit Bonaventura in verbis nuper citatis, dicens de illo voto sancti Francisci, quod addidit, & firmitatem & meritum, cum tamen non differret à voto obedientiæ suæ religionis, nisi sicut explicitum ab implicito, seu speciale à generali. Imo licet à reliquis fratribus illius ordinis tale votum non fiat ita explicitum, solum quia in regula ita continetur, ait Corduba dicta questione tertia, grauius peccare fratres minores mandatis Pontificis inobedientes, quam ceteros religiosos. Ita ergo professus Societatis IESV grauius peccabit recusando missionem à Pontifice iniunctam, quam coadiutor, aut scholaris approbatus, licet hi etiam peccent contra obedientiam illam derectando. Aliqui etiam addunt solam multiplicationem voti circa eandem materiam augere obligationem, & consequenter culpam, si transgressio fiat. Vnde Angles questione de voto articulo primo diffcultat, ait, qui in duabus religionibus professus est solenniter castitatem, grauius peccare, si incontinenter viuat, quam qui in vna tantum; quod licet per se loquendo non ita se videatur, quando vota sunt omnino similia, & eiusdem rationis: at in nostro casu est satis verisimile.

XXX.

Nam adiunctis circumstantiis diuersis, quæ in hoc voto Societatis inueniuntur, valde verisimilis probatio ex illis desumitur. Sunt autem hæ circumstantiæ duæ potissimum. Vna est specifica promissio talis materiæ, per quam persona ex officio dicatur ad illud munus, propria, ac peculiari voluntate; inde enim talis obligatio magis voluntaria, & expressiori pacto confirmata est, & ideo auget obligationem intra eandem speciem; cum enim de ratione obligationis sit, esse voluntariam, quo magis voluntaria fuerit, eo erit maior, ceteris paribus. Item prohibitio, quò fuerit expressior, & specialior, eo magis obligat. Vnde etiam probabile est, sacerdotem, qui proprio speciali voto confirmat expressè obligationem seruandi castitatem, magis peccare illam violando, quia contra expressiorem promissionem, magisque voluntariam. Sic etiam dixit D. Thom. 4. d. 3. q. 8. quest. 1. art. 2. quest. inc. 2. ad 2. votum improprium, quod fit in Baptismo, augere obligationem intra eandem speciem, propter maiorem cognitionem, & voluntatem. Secunda circumstantia, quæ in hoc voto considerari potest, est persona cui obedientia per tale votum promittitur, quæ est digna maiori reuerentia, & fidelitate: conilat enim promissionem, ceteris paribus, eo in-

ducere maiorem obligationem, quo persona, cui promissio fit, dignior est: ob quam rationem promissio facta Deo, altiori modo obligat, quam facta homini; Et suo modo etiam, (licet non aequali proportionem,) promissio facta Regi magis obligat, quam facta priuata personæ. Igitur in presenti ex eo, quòd tale votum est expressè, & directè de obedientia præstanda Summo Pontifici, erit maiore obligationis.

Nec refert, quòd tale votum directè fit Deo, nam etiam includit promissionem factam Pontifici, quæ est materia illius voti, & per se magis obligat in suo genere, & facit ut votum sit grauius, & consequenter magis obligans. Nec etiam obstat, quòd etiam votum obedientiæ in generali includat summum Pontificem; quia solum includit sub communi ratione Prælati huius religionis, & num. 21. dicebamus: hoc autem votum directè fit Pontifici secundum se, etiam si verum esset aliis non esse Prælatum alicuius religionis. Quare in hoc voto considerari potest specialis proprietas, quòd cum Præpositus Generalis aliquem professum mittit in virtute huius voti, propriè gerit vices Pontificis, & per speciem potestatem ab ipso datam, exigat promissionem Pontifici factam. At verò quando ipse mittit, vel præcipit aliquid ratione generalis voti obedientiæ, tunc videtur proprio iure, & quasi domino sibi acquiescere. Et hinc etiam fit, ut prius præceptum grauius sit, & magis obliget: sicut eadem lex humana posita à Papa, vel ab Episcopo, licet intra eandem speciem obliget, grauius obligat à maiori Prælate posita, iuris etiam naturæ, & humanileges circa eandem materiam possunt augere obligationem intra eandem speciem, propter respectum ad plures superiores, ob digniores: ita ergo suo modo in presenti.

Vltimo addo, probabiliter defendi posse, addere hoc votum obligationem aliquam, etiam ex parte materiæ; ita ut ad aliquid, vel in aliquibus casibus possit hoc votum obligare professos, in quibus alii, ex vi generalis voti obedientiæ, in rigore non obligabuntur. Hoc ita declarato, quia in primis non inuenio in constitutionibus expressum scholares approbatos teneri ad proficiscendum in huiusmodi missionibus sine viatico, vel illo non petito, aut procurato: nec videntur obligandi per se, & absolute, quia illi non sunt hoc genus paupertatis professi, sed ad summum in casu necessitatis, quando aliter non potest fieri, & aliqui profectio, seu missio necessaria est. Coadiutores autem obligantur ratione voti paupertatis, quòd illos magis obligat. Professi tandem non solum ratione paupertatis, sed etiam ratione obedientiæ, & ita comparatione facta ad scholares, est in professis maior hæ obligatio ex parte materiæ: comparatione autem coadiutorum est maior in eadem materia, sed vinculo noui voti, seu promissionis obedientiæ.

Deinde nec de scholaribus, nec de coadiutoribus inuenio expressum in speciali, quòd in his missionibus sine excusatione obedire teneantur, & ideo videntur posse in aliquibus casibus excusari sine culpa graui, in quibus professi non poterunt: ut si negotium esset nimis arduum, vel cum graui periculo mortis, & ad esset professus, qui æque bene, & sufficienter mitti posset. Certe deberet Superior potius mittere professum, quam alium, quia ille qui ex officio tenetur esse expositus illi muneri in speciali: ergo in eo casu excusatio religiosi non proportionalis, ob magnam rei difficultatem, cuius persona hic, & nunc non est necessaria, non videtur contraria voto, saltem in rigore præcepti: excusatio autem professi esset contraria, quia expressè vocatur sine excusatione, & tunc eius excusatio, nec rationabilis, nec colorata esset. Hoc autem ea mente dixerim,

dixerim, vt professi suam magnam obligationem agnoscant, non vt alij suam extenuent, & occasionem excusationum assumant, nam praterquam quod illa nunquam erit sine magna imperfectione, vix potest in particulari excusari, si infert rigor precepti, quia non potest moraliter constare priuato religioso de omnibus rationibus, quæ Pontificem, vel Generalem mouent ad ipsum mittendum potius quam alium, vel de impedimentis, quæ circa alios occurrunt, &c. Eo vel maxime quod in propria causa sepe quis fallitur, vel timendo vbi non est timor, vel iudicando sibi iniuriam fieri, se potius, quam alium mittendo. Nihilominus tamen verum censeo, in rigore precepti maiori obligatione, etiam extensiuam, teneri professum ad abstinendum ab excusationibus, & ostendendum se paratum ad has missiones, quauis difficiles, quia hoc totum expressè, & in specie vouet.

XXXIV. Accedit præterea, quod professus, ex vi professionis, pluribus negotiis, & missionibus exponitur, quam alij, quia cum professio dari non debeat nisi hominibus prudentia, literis, & religione conspicuis, eo ipso quod ad professionem admittuntur, quasi iudicantur idonei ad omnia ministeria, ad quæ dotes illæ sunt necessariae. Et similiter cum ipsi professionem acceptant omnibus illis ministeriis se offerunt, prout superior iudicauerit: quare vix iam in eis locum habet legitima excusatio. Alij autem, dum in inferioribus gradibus existunt, merito possunt se ab illis grauioribus missionibus, saltem ex parte rerum, vel negotiorum, ad quæ destinantur, excusari. Ita ergo intelligi potest omnibus modis maior obligatio huius voti, etiam respectu aliorum membrorum Societatis. Et consequenter satis constat non solum conueniens, sed etiam utilissimum, & iuxta suum institutum necessarium fuisse tale votum nostræ Societati. Et ita satisfactum est primæ rationi dubitandi in principio posite.

Concluditur
quæstio in
num. 16. & in
de factu sit
argum. ibi
posita.

XXXV. Ex quibus etiam obiter explicatum est, cur hoc votum fiat summo Pontifici in particulari, & non simpliciter prælati religionis sicut solet fieri generalis obedientie votum. Ratio enim esse potuit iuxta dicta in num. 30. vt hoc votum ex omni parte grauius sit, maioremque reuerentiam conciliet. Item est alia ratio, quia cum finis huius voti, sit vniuersalis Ecclesiæ obsequium, vel auxilium, distributio ministeriorum soli Pontifici vniuersali eius pastori debuit principaliter committi. Præterea factum videtur, vt ipse summus Pontifex intelligeret, se acquirere proprium, & speciale ius in totam hanc Societatem, sibi peculiari modo subiectam: nam licet sola Societas professæ hanc propriam habeat obligationem, cum omnes alij gradus Societatis ad illum supremum ordinentur, vel cooperando illi, vel ad illum homines disponendo, dum talis gradus specialiter deuincitur summo Pontifici, tota religio illi subiecta specialiter euadit. Tandem speciali Dei providentia hoc consilium inuētum & inuētum credimus, vt quo tempore hæretici Apostolicam sedem speciali odio prosequuntur, vna aliqua religiosa familia, eam speciali reuerentia prosequatur, & ideo se totam eius obsequio deuoueat: eiusque supremam potestatem specialiter recognoscat.

XXXVI. Sed quæret hic aliquis, quando teneantur professi qui mittuntur a summo Pontifice, vel à Præposito generali nomine illius, ex vi huius voti obedire sub culpa graui, & an debeant hanc obligationem expectare, vt obediāt. Respondeo ad priorem partem, ex parte materiæ ferè semper esse hanc obligationem grauem, quia materia grauis momenti est vnde quantum ad animi preparationem, semper tenentur esse parati, quia ex parte Pontificis semper est potestas præcipiendi. Quoad actuale

Franc. Suar. de statu relig. Tom. I V.

verò obligationem ex parte modi præcipiendi, seu mittendi rarò imponitur proprium præceptum. Existimo enim, quod de generali voto obedientie cautum est 6. p. conitit. cap. vlt. non imponi præceptum eius, sed simplicem obedientiam, nisi superior in nomine Domini nostri Iesu Christi, vel in virtute obedientie iubeat, id etiam in hoc voto intelligendum esse. Quod quidem quoad missiones, quæ a Generali iubentur, certissimum est, & vsu receptum, quia constitutio illa vniuersalis est, pro omnibus materiis. De missionibus autem ab ipso Pontifice immediate iniunctis, potest quis dubitare, quia ipse non comprehenditur constitutionibus. Nihilominus tamen idem sentiendum est, quia dum his religiosis præcipitur, intelligitur iuxta modum suarum constitutionum illis præcipere, quando aliud non declarat. Item quia nunquam præsumitur imponi proprium præceptum, donec sufficientibus verbis exprimitur.

Ad alteram verò partem, quamuis Soto lib. 7. de Iustit. q. 2. art. 4. indicet in huiusmodi rebus arduis & missionibus consilium esse expectare proprium superioris præceptum: & fortasse in casu dubio (in quo ipse maxime loqui videtur) ita esse consulendum, simpliciter tamen, ac regulariter loquendo, id consulendum non est, sed potius, vt ad nutum superioris obediatur. Quia licet ratio precepti videatur aliquod meritum addere, tamen illud compensatur, excediturque promptitudine voluntatis, & prius meritum non amittitur, quia voluntas parata est, ad multo magis obediendum præcepto, si interponeretur, & per solam simplicem iniunctionem satis constat subdito de diuina voluntate, vt omnem fructum obedientiæ, & omnem diuinam protectionem, & auxilium eam ob causam sperare possit.

Virum hoc votum sit solenne, & in quo eius solennitas consistat.

Vltimo loco explicandum superest, vtum hoc votum sit solenne, & in quo eius solennitas consistere possit, quod erat secundum punctum in numero secundo propositum, cuius dubitandi rationem ibidem adduxi. Nihilominus negare non possumus, hoc votum esse solenne: nam in constitutione, *Assidue Domini*, Gregorij XIII. primum hi appellantur professi quatuor votorum, quia omnia illa solennia sunt, alias plurium votorum appellari deberent, vt infra à cap. 6. videbimus. Postea verò expressius de eisdem professis dicitur tribus illis substantialibus votis solennibus, quartum similiter solenne addunt speciale summo Pontifici obedientie circa missiones præstandæ ob certiores Spiritus sancti in missionibus ipsi directionem, &c. Et ex constitutionibus in forma ipsa prætendendi satis colligitur, quia eodem tenore, in eadem solenni professione hoc votum cum aliis sit.

Eius autem solennitas eodem modo videtur declaranda, qui in generali voto obedientiæ, proportionem seruata: nam in hoc voto probabile est, totam eius solennitatem consistere in traditione omnino irreuocabili ex vtraque parte, promissioni adiuncta, quam de seipso facit persona profitens, se verè tradens in dominium religionis, sic enim professus Societatis specialiter se tradit in dominium, & potestatem Pontificis, quo ad hunc effectum missionum, ita vt quoad illum non maneat sui iuris, nec propriæ religionis, sed tanquam seruus Pontificis, quam seruitutem tota ipsa religio participat per hanc professionem, quam fideliter per hoc votum seruare promittit. Præterea sicut in solenni voto obedientiæ, ita subditur voluntas religioso, voluntati Prælati, vt destinat esse sui iuris, atque ob eam rem omnes contractus facti à tali religioso, vel nulli sint, vel rescindi à superiore possint: ita cum

A a a

propor-

proportione, de hoc voto dicendum est: nam in ordine ad missiones, atque adeo in ordine ad habitandum in hoc vel illo loco, ita est professus Societatis alieni iuris, ut quidquid efficere vel contrahere velit, illi obligationi repugnans, validum esse non possit. Habet ergo hoc votum eandem solennitatem, quam generale votum obedientie servata proportionem, & ideo de illa nihil amplius dicendum superest.

CAPUT V.

Utrum professio convenienti modo in Societate fiat.

Vo in modo emittendi professionem considerari possunt. Vnum est id, quod pertinet ad substantiam eius: aliud ad exteriorem solennitatem, & caeremoniam spectans. Vtrumque potest in praesenti brevisimè explicari, quia substantialia huius professionis, iam ferè declarata sunt, accidentalialia, verò sunt paucissima.

De modo substantiali.

I. Ad substantiam, ergo huiusmodi professionis ex parte emittentis illam, supposita legitima receptione, & sufficiente probatione, de quibus supra in lib. 3. cap. 1. & hoc lib. 6. cap. 2. dictum est, supposita etiam debita intentione profitendi, solum sunt verba illa quae habentur in §. p. constit. cap. 3. §. 3. Ego N. professionem facio, & promitto omnipotenti Deo, coram eius virgine matre, & universa celesti curia, ac omnibus circumstantibus, tibi reverendo Patri Generali Societatis Iesu locum Deitamenti, & successoribus tuis, perpetuam paupertatem, castitatem, & obedientiam, & secundum eam, peculiarem curam circa puerorum eruditionem, iuxta formam vivendi in literis Apostolicis Societatis Iesu, & in eius constitutionibus contentam, insuper promitto specialem obedientiam Summo Pontifici, &c. In quibus verbis considerare licet, distinctissimè contineri omnia, quae sunt de substantia status religiosi, ita ut nulla ratione professio magis expressa fieri posse videatur. Nam in ea in primis expressè fit traditio per verbum profitendi, deinde singula vota sigillatim exprimuntur, declarantur, extenduntur, & limitantur: ac denique etiam insinuat totum hoc fieri in religione, per Sedem Apostolicam approbata, dum literarum eius mentio fit.

II. Nihilominus tamen advertere necesse est, non omnia & singula illa verba esse de substantia & valore huius professionis, multa enim ponuntur ad ornatum, vel maiorem decentiam ac deuotionem, ut quòd fiat promissio omnipotenti Deo, quòd coram virgine matre, &c. quòdque fiat Generali & successoribus, in rigore enim satis est, profiteri, & quatuor vota expressè emittere: hoc enim videtur esse in hac religione necessarium, & substantiale, ex mente constitutionum eius. Quapropter adverteri etiam potest, omnia haec verba, quantum ad dictam expressionem votorum, & professionem, sumi per modum vnius continuatae orationis, quae non habet perfectum sensum, donec tota proferatur; ita ut si quis solum diceret: Ego profiteor in Societate Iesu, & promissionem expressam taceret, non fieret professus. Idem censo de singulis votis substantialibus, quod in tribus primis est manifestum, quia sunt de substantia cuiusunque professionis. & in hac religione, nisi explicite fiant, non censentur fieri, unde qui vnum emitteret, professionem non faceret, & ideo nec reliqua duo valida essent, quia non fiunt, nisi ut annexa professioni.

III. De quarto autem posset esse maior dubitatio, si quis post prolata illam formam, usque ad illa

verba, iuxta formam in constitutionibus contentam, nollet ultra progredi, nec quartum votum emittere, an maneret verè professus trium votorum Societatis. In quo mihi breviter dicendum videtur ex parte sua manere professum, quia supponimus habere intentionem profitendi illo modo, qui per se sumptus sufficit ad quandam veram professionem faciendam: ex parte verò Societatis, dependere huiusmodi valorem ex intentione acceptantis: nam si ille legitime talem professionem acceptet, valida erit, aliter verò minime, ut in sequenti puncto declarabitur.

Ex parte igitur Societatis de substantia huius professionis est, ut in manibus alicuius fiat, qui illam possit acceptare, & acceptet: hoc enim est de substantia cuiusunque professionis, quia est veluti contractus reciprocos, ut tomo praeced. tractatum in communem est. Est autem hoc singulare in Societate, ut iure ordinario, potestas admittendi ad professionem, in solo Praeposito Generali sit, ita enim statuitur §. p. constit. cap. 1. §. 2. & p. quæst. cap. 3. in principio. Quia verò in his locis generaliter est sermo de omni admissione, tam ad professionem, quam ad alios quoscunque gradus, etiam novitiorum, & de omnibus dicitur potestatem recipiendi esse apud Generalem, posse tamen per se, vel per alios illam exercere, ideo aliis in locis declaratum est, hanc commissionem admittendi ad professionem ordinariè non debere generatim fieri Provincialibus à Praeposito Generali, sed in particulari ad has, vel illas personas ad professionem admittendas post diligentem inquisitionem, & bonam ac sufficientem informationem de eorum vita, & doctrina, ut patet ex declaratione dict. cap. 3. partis, in lit. A. & ex cap. 2. §. p. constit. in princ. ubi in declaratione additur, in remotissimis Indiarum regionibus, posse facilius generalem commissionem fieri, in cæteris verò locis non facile. Ex quibus verbis intelligere licet posse aliquando fieri hanc commissionem confusè, & in communi pro arbitrio prudenti Generalis, & ideo hoc non pertinet ad substantiam, sed solum quòd potestas sit Praepositi Generalis, vel à Generali commissa. Est autem notanda differentia inter professionem, quae immediate ab ipso Generali acceptatur, vel per alium: nam ipse potest libere acceptare, ut voluerit, alij solum iuxta potestatem sibi delegatam, quia in Generali est hac potestas tota quòd ipsa est, in aliis verò solum quantum datur.

Vnde in casu supra posito de illo, qui ex intentione Generalis accedit ad emittendam professionem, & quatuor votorum, & postea in ipso adhibuit, & accepit non vult emittere quartum votum: dicendum est, si professio fiat coram ipso Generali, in voluntate eius esse illam acceptare, necne? & si acceptet validam esse, quia nihil aliud expectabatur; si verò non sit acceptare, posse id facere, & professionem manere nullam, quia supponimus Generalem accepisse animo acceptandi professionem quatuor votorum: nõ ergo censetur acceptare, donec tota professio finiatur, & ipsa, vel scriptum, in quo continetur, recipiatur, vel saltem taceat, & consentiat: ergo quando quartum votum non emittatur, adhuc manet res suspensa, donec Generalis explicet mentem suam.

At verò si professio admittenda sit per alium, cui demandata solum est potestas admittendi talem personam ad professionem quatuor votorum, non ad acceptandam, potest talem professionem acceptare, quia non est ei commissa illi potestas commissa acceptandi ad alium gradum, nisi ad professionem quatuor votorum: & ideo non potest ad aliquem alium gradum, etiam inferiorem: quia hi gradus non distinguuntur sicut pars & totum, ut qui possit totum, possit & partem, sed distinguuntur, ut quædam tota, seu mem-